



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Moralitate, Natvra, Et Effectibvs Actvvm
Svpernatvralivm In Genere Et Fide, Spe, Ac Charitate,
Speciatim**

Coninck, Gilles de

Antverpiae, 1623

Dvb. VI. Qua ratione teneamur diligere inimicos?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79645)

Math. 5. inimicorum. Est certa & communis omnium Theologorum. De lege Evangelica probatur: quia Christus *Math. 5.* ait: *Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, &c.* Quae verba etiam ex parte contineant solum consilium, quatenus nos inuitant ut etiam extra casum necessitatis quacumque data occasione inimicos singulari benevolentia prosequamur; tamen simul etiam continent verum praeceptum diligendi inimicum, iuxta modum dubio seq. explicandum. Hoc autem probatur Primò, quia Christus subdit, *Ut sitis filij patris vestri, qui in celis est.* insinuans nos aliis, siue nolentes diligere inimicos non futuros filios Dei; quia scilicet grauer peccabimus. Secundò, quia ibidem dixerat, *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.* & deinde subdens in quibus deberet abundare, inter cetera praecepit dilectionem inimicorum. Tertiò, quia, etiam ibi probet dilectionem amicorum, tamen docet eos qui solos amicos diligunt, non habituros maius premium quam Ethnici & publicani habeant, qui sanè vita aeterna carebunt.

Exod. 23. Probatur de lege veteri, quia Exodi 23. dicitur: *Si occurreris bovi inimici tui aut asino erranti, redue ad eum. si videris asinum odientis te, non pertransibis, sed subleuabis eum eo.* & Prouerb. 25. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum.* quibus locis cum praeceptatur effectus amoris, haud dubiè amor etiam praeceptatur, id est voluntas, qua volumus inimico tale bonum, sine qua hic effectus esse non potest.

Luc. 6. De lege naturæ probatur, quia Christus Luca 6. vi probet inimicos esse diligendos, adfert illud praeceptum naturæ: *Prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.* Ex quo axiomaticè naturæ lumine euidenter cognito, clarè probat diligendos esse omnes homines, etiam inimicos; nam nemo est qui non cuperet amaritiam ab eo, cui ipse nocuit.

Plato. Plutarch. Secundò, quia multi Gentiles hoc viderunt: nam Plato in Critone expressè docet non licere referre iniuriam. Et Plutarchus in libro de Virtutibus ex inimicis capiendâ ait, grauissima pœna dignos qui beneficentiam inimicis collatam vituperant.

Inimicus nobis est proximus. Tertiò, lumine naturæ certum est proximum esse diligendum: atqui etiam inimicus est proximus; ergo, &c. Minor probatur Primò, quia ipse est eiusdem nobiscum naturæ, & eiusdem gloriæ capax. Secundò, quia Luca 10. Samaritanus vocatur proximus Iudæi lapsi in latrones, cum tamen illi essent mutui inimici.

Luc. 10. Dices Primò, Si sit praeceptum legis naturæ: ergo viribus naturæ impleri potest. Respondeo, nego conseq. quia certum est nos totam legem naturæ, sine gratia Dei implere non posse; quare et si fortè possit naturæ viribus aliquis amor haberi erga eum qui nobis est iniurius, non tamen efficax & constans.

Non omnis lex naturæ potest naturæ viribus impleri. Dices Secundò, illud videretur esse contra naturam, quia omnes res naturaliter auersantur nociua, ut patet in brutis, & etiam in nobis, qui viso inimico mox naturaliter cōcitamur ad irā. Respondeo id fieri, quia vis estimatiua in brutis

Coninck de act. supernas.

& pars animæ inferior in nobis, cum non possint apprehendere honestatem in amore inimici, sola sibi contraria apprehendunt, & ita statim commouentur. Rationis verò est discetne re amanda à fugiendis, & odisse in homine peccatum, & amare imaginem Dei.

Dices Tertiò, S. August. in Enchir. c. 73. ait, dilectionem inimicorum non spectare ad omnes, ad quos spectat dicere, *Dimitte nobis debita nostra*: cum enim sit opus perfectissimum, ad solos perfectos videtur spectare. Respondeo S. August. ibi loqui de singulari beneficentia, quam perfecti ostendunt inimicis, ait enim magnificentiissimæ bonitatis esse ut tuum quoque inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & si potest facit, tu bonū semper velis faciasque. Ad vitandum autem peccatum, siue ad implendum praeceptum de dilectione inimici, non est necessarium ut semper inimico faciamus bonum, ut infra ostendam, sed sufficit nos id facere in certis circumstantijs.

D V B I V M VI.

Quaratione teneamur diligere inimicos?

79 Hoc dubium triplicem continet difficultatem. Prima est, an liceat aliquando odisse inimicum? Qua in re per se clarum & certū est, licere odisse inimicum formaliter sumptū, siue qua inimicum. quia hoc nihil est aliud quam odisse ipsius inimicitiam erga nos, quod bonū est: nam hac ratione non odimus ipsam personam, sed potius bene ei volumus, dum auersamur ipsius malum, illudque ab eo abesse cupimus; sicut dum odimus morbum amici nostri, aut nos ipsos qua peccatores, siue peccata nostra, tam amicum quam nos verissimè amamus; & potius haberemus nos odio, si nos hac ratione non odissemus.

80 Sic D. Thom. 2. 2. q. 25. a. 6. docet, nos debere odisse peccatores qua tales. & a. 7. docet, peccatores quantumvis sibi videantur se amare, tamē secundum effectum & veritatē potius se odisse, dum sua peccata in se amant. Quo sensu etiam ipse Christus Luca 14. docet, eos qui ad ipsum veniunt debere odisse patrem & matrem, atque adeo omnes suos propinquos: non quidem secundum se sumptos (sic enim eos praecepimur diligere) sed quatenus nos impediunt, quo minus ad Christum accedamus, siue quatenus, ut alio loco ait, domestici nostri sunt inimici nostri; quatenus scilicet nos auertunt à cultu Dei.

Difficultas igitur est Primò, utrū aliquādo liceat odisse eum qui nobis est inimicus? Secundā difficultas est, an teneamur aliquando inimicos actu interno diligere? Qua de re Auctores ferè eodem modo sentiūt, sicut de dilectione proximi, quia etiam inimicus est verè noster proximus. quare ex dictis dub. 4. hac difficultas facillè potest colligi. Tertiā difficultas versatur circa officia caritatis externa, quæ tenemur inimicis exhibere, quam sequentibus conclusionibus explicabimus.

81 CONCLUSIO I. Numquam licet inimicum siue eum qui nobis inimicus est, absolute odisse

S s 2

78
August.

79

Licet odimus inimicum qua talem præcisè.

80
D. Thom.

Luc. 14.

Qua ratione iubeamur odisse propinquos.

se odio omnino propriè sumpto siue odio inimicitia. Loquendo tamen per se numquam est absolute necessarium inimicum speciali actu interno diligere.

Prima pars est communis, & prob. quia absolute odium fertur in personam, & vult illi malum qua malum est. quod illicitum esse docet S. Thom. supra: & ratio aperte euincit: nam illud nullam potest habere honestam aut legitimam rationem.

Probatur Secundò, ex Scriptura, quia Leuit. 19. & 1. Iohan. 2. expresse prohibetur odium erga fratrem; sed etiam inimicus intelligitur ibi noster frater, quia ibi vocatur frater quicumque est eiusdem nobiscum naturæ: ergo ibi prohibemur odisse inimicum. Confirmatur, quia dub. 5. ostendi nos teneri diligere inimicos: atqui hoc non consistit cum eorum odio: ergo hoc nobis est illicitum.

Dixi, odio inimicitia, &c. quia odisse aliquem odio abominationis cum solum qua nobis malum auersando, non semper & omni casu malum est, vt ostendam disp. 29. dub. 3. vbi etiam explicabo quando & qua ratione hoc aliquando sit licitum.

Hinc sequitur, quemque teneri in corde suo remittere iniuriam ab alio acceptam etiam non petenti. vnde Christus dicit Matth. 19. nos tradendos à Deo tortoribus, nisi ex corde remiserimus fratribus nostris iniurias ab ijs acceptas. Quod loquendo de interna remissione intelligendum est, etiam priusquam alter id petat, vel etiam desinat nocere. quia hoc nihil est aliud, quam non suscipere odium erga illum, aut deponere susceptum, quod semper ad salutem est necessarium. vt docet Lorca 2. 2. sect. 3. disp. 25. n. 33. Siluest. v. Iniuria. q. 5. Nauar. c. 14. n. 25. & expresse patet ex eo Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde. vbi agitur de nondum desistente ab iniuria, vel saltem non satisfaciente. nam subditur: Sed publice argue illum. scilicet, per fratrem correctionem; non vt te vindices, sed vt ipse emendetur. ideoque additur: Ne habeas peccatum super illum. vnde patet error Antonij Burgenis & Bartoli in 1. Si tibi. §. 1. ff. de iniuria, qui putant nos non teneri remittere iniuriam non petenti.

Nota, numquam licere proximo quantumvis inimico imprecari aliquod malum quia ipsi malum est: sed bene quatenus illud malum habet rationem boni. vt si imprecet alicui graui peccatori morbum aut similem aduersitatem, quando credo hanc fore valde vtilem ad ipsius conuersionem. Hinc quando Sancti in Scriptura videntur imprecari peccatoribus vel inimicis suis aliqua mala; quatuor modis possunt intelligi, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 83. a. 8.

Primò, vt per modum imprecationis mala futura prædicant; non autem reuera imprecantur. Secundò, vt temporalia ijs mala imprecantur, quatenus per ea corrigantur: iuxta illud psalm. 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Tertiò, vt non tam peccatores cupiant euerri, quam eorum peccata. Quartò, ita vt conformando se diuinæ iustitiæ, cupiant hanc vindictam exerceri in ijs, quos Deus

incorrigibiles nouit, idque propter bonum iustitiæ, & correctionem aliorum, & vt ea ratione alijs desinant nocere, & peccando suam penam augere.

Secunda pars conclusionis expresse docetur à D. Thom. 2. 2. q. 25. a. 8. in corpore: vbi ait non esse necesse speciali motu dilectionis moueri erga inimicum, quo scilicet illum in particulari diligamus; quia nec alios quidem tenemur in particulari diligere; cum impossibile sit omnes homines ita diligere, nec per se sit ratio cur vnum magis ita teneamur diligere, quam alium. Idem docet Caiet. ibidem.

Probatur Secundò, ex S. Augustino supra, vbi dicit ita amare inimicos non esse omnium, sed sufficere, vt vbi ratio id postulat, ostendamus illis signa beneuolentiæ, v. c. remittendo etiam exterius ijs offensam quando petunt veniam, &c.

Probatur Tertiò, quia interna dilectio erga proximum tantum est præcepta, quatenus est necessaria ad eius bonum procurandum; sed non est ad hoc semper aut per se necessaria, sed tantum quatenus data occasione est necessaria ad actum externo ipsi subueniendum: ergo vt sic tantum est præceptum. vide dicta supra n. 61.

Dixi, per se, quia per accidens est aliquando etiam necessarium vt cum actu interno diligamus, quando aliter non possemus superare affectum odij, aut ostendere ei signa beneuolentiæ necessaria.

CONCLUSIO III. Ex genere suo est peccatum mortale, sine alia causa iusta inimicum excludere à generali affectu, vel beneficijs, quibus ceteros homines, aut communitatem, qua ipse continetur, prosequimur. Ita S. Thom. supra a. 9. in corpore, vbi dicit contrarium esse de necessitate salutis. & ibi Bañez, Lorca, & communiter D. Thomæ interpretes. Iohannes Benedictus in Summa sua l. 3. c. 12. §. 9. Astexanus l. 2. c. 62. q. 3. §. Numquid tenemur. Pelbartus in 3. v. Caritas. 6. Pelbartus. §. 57. n. 1. Baptista Tronamala v. Caritas, n. 6. Tronamala. Probatur, quia Matth. 5. Christus docet, vt intremus cælum & simus filij Dei, necesse esse ita diligere inimicos nostros, vt Deus suos; qui eos non excludit à communi affectu quo ante præuilem mortem in peccato mortali vult omnes homines, quantum est ex parte sua, saluos fieri, & participes esse meritorum Christi. Nec etiam excludit eos à communibus beneficijs quæ præstat generi humano, qui solem facit oriri & pluuiam descendere super iustos & iniustos.

Probatur Secundò, quia velle inimicum ab eiusmodi beneficijs excludere, esset expresse ipsum odisse. Eiusdem enim affectus est nolle alicui bonum qua bonum, & velle illi malum qua malum; qui autem inimicum sine alia causa siue præcisè quia inimicus est, excludit à beneficijs quæ communiter siue generatim communitati, in qua inimicus continetur, impertit, hoc ipso positiuè non vult ei bonum qua ei bonum: nam eo casu ideo præcisè vult ei bonum qua ei bonum non dare, vt eo careat, siue ne ei prosit. Addit Bañez supra dub. 3. talem etiam peccare contra iustitiam distributivam; sed hoc verum

Leuit. 19.
1. Iohan. 2.

Non omne
odium ini-
mici est ma-
lum.

82
Tenemur a-
lijs remitte-
re iniurias.
Matth. 19.

Lorca.
Siluest.
Nauarr.
Leuit. 19.

Bartol.

83

D. Thomas.
Quo sensu
Sancti ali-
quando im-
precantur
suis inimi-
cis mala.
Psalm. 82.

verum non est, quia illa solum habet locum in distributione bonorum, ad quæ communitas habet aliquod ius, qualia hæc non sunt; quia supponimus hic beneficia merè gratuita conferri.

Vnde patet Primò, ex genere suo esse peccatum mortale, cum quis orat pro salute aliquius communitatis, inimicum excludere, nolo eum esse participem boni quod alijs precamur: quia hoc faciendo volumus eum carere eo bono præcisè quia ei bonum est, qui est actus odij. Et hæc saltem ratione Matthæi 5. iubemur orare pro persecutoribus nos. Secundò, quando quis dat eleemosynam generatim pauperibus aliquius communitatis, excludere inimicos, statuendo ne eius sint participes. Tertiò, quando multos nominatim salutans de industria solos inimicos inter eos existentes omittit. & alia eiusmodi. Ratio est, quia talis exceptio est moraliter actus odij, & apertum gravis odij signum, & quod proximum communiter grauitèr ad odium prouocat. Quare eodem præcepto prohibetur, quo prohibetur nobis ne externa signa odij erga proximum ostendamus, aut ei demus occasiones quibus merito grauitèr nobis offendatur.

Matth. 5.
Excludere aliquem a generali beneficio est actus exterius odij.

87 Dixi, sine alia iusta causa, quia si hæc ad sit, illa facere non est peccatum; modò absit scandalum. Hinc si essent decem captiui inter quos quinque essent tibi inimici, si timeres ne non impetrates salutem omnibus; posses tantum pro amicis rogare, modò aliorum exclusio ita fieret, vt nec esset signum odij, nec ab eo procederet.

Eadem est ratio, quando non possum totam communitati dare eleemosynam, tunc seruatis dictis circumstantijs licitè eam do ijs solis, qui me non laesunt. Item si negando inimicis eleemosynam sperem per hoc eos emendandos, licitè eos excludo, etiam si alius sufficiens esset eleemosyna pro omnibus; quia hæc exclusio est ijs bona. Si tamen hæc exclusio ratione circumstantiarum esset moraliter evidens signum odij, ita vt sine scandalo non posset vnus præ alio committi, tunc eleemosyna aut salus impetrata esset sorte diuidenda: quod quando & quare ratione faciendum sit, ex circumstantijs prudenti iudicio spectandum est. Sed vix fieri potest vt eiusmodi inimicorum exclusio possit esse apta ad eorum conuersionem, & tamen simul esse scandalosa, præsertim si excludens paulatim reddat rationem cur excludat inimicos; ostendat què se paratum eos iuuare, modò velint se emendare.

88 Dixi, ex genere suo esse mortale: quia ob materiæ leuitatem posset esse veniale, vt quando in eleemosyna distribuenda, aut communi salutatione nullo aut leui scandalo & ex parua auidione animi inimici omittentur.

Quando talis exclusio sit iudicanda mortalis. Vbi Nota, vt iudicemus an hæc exclusio sit peccatum mortale an solum veniale, non tam esse spectandum an bonum a quo inimici excludimus; sit magni momenti an parui; quam vtrum ex magna aut parua auidione fiat, & an in his circumstantijs narum sit multum an parum alios offendere: talis enim exclusio non

Coniunct de act. supernat.

tam est peccatum quia inimico non datur hoc vel illud bonum, quam quia procedit ex odio, eiusque est signum, & nata grauitèr aliorum animos offendere.

Dices, Possum sine peccato hæc beneficia omittere erga totam communitatem: ergo etiam erga aliquam eius partem. Respondeo te posse ea ita omittere erga totam communitatem, quando hoc nec procedit ex odio, nec eius est signum: & eodem modo licitè ea omittis erga solam eius partem: sed hoc vulgò illicitum est, quia vel procedit ex odio, vel est eius signum.

CONCLUSIO IV. Non tenemur communiter inimicis singularia signa beneuolentiæ ostendere: tenemur tamen semper ad id esse parati, idque de facto facere, quando necessitas & ratio id postulant. Ita D. Thom. supra art. 9. & cum eo communiter ipsius interpretes alique Theologi. Richardus in 3. d. 30. q. 1. a. 1. Valentia 2. 2. d. 3. quaest. 3. p. 2. Lorca sect. 3. disput. 25. membr. 3. Iohannes Benedict. 1. 3. Summa cap. 12. §. 9. & est expressè S. Aug. in Enchiridio c. 73. vbi ait nos non teneri semper benefacere inimicis, paratos tamen debere esse remittere ijs offensam id petentibus.

Prima pars patet, quia non tenemur plus inimicos diligere, quam alios: at qui alijs non tenemur semper ostendere, particularia signa beneuolentiæ: ergo nec inimicis. Probat. Secundò, quia Christus Matth. 5. tantum præcipit ne subtrahamus illis generalia beneficia, vt patet ex beneficijs Dei in nos, quæ ad sit vt imitemur. Probat. Tertiò, quia præceptum dilectionis est affirmatiuum, & ideo non obligat ad semper, sed pro occasione data.

Secunda pars probatur, quia cum sit præceptum diligendi inimicum, idque non verbo & lingua tantum, sed opere & veritate, vt ait S. Iohannes epistola 1. cap. 3. certum est quod obliget aliquando, & debeat opere impleri: impletur autem per signa externa amoris & beneuolentiæ: at qui debemus semper esse parati satisfacere obligationibus occurrentibus, & de facto satisfacere quando de facto occurrent: ergo debemus semper esse parati inimicos ita diligere.

Ex dictis sequitur Primò, nos non teneri absolute occurrentes inimicos salutare, aut eos alloqui, aut in familiaritatem admittere, quia hæc sunt signa particularia, quæ non omnibus inimicis salutare. Si tamen tales essent circumstantiæ, vt eos non salutare esset signum odij, teneremur eos salutare. Tale autem signum est Primò, quando alter nos salutet vel alloquitur, nisi forte essent personæ valde dispares, quarum dignior communiter non solet aliam resalutare. Secundò, quando conditio alterius ex more patriæ requirit vt alterum etiam non salutatus saluret; qualis communiter est conditio inferioris respectu Superioris. Vnde Valentia 2. 2. disput. 3. q. 3. puncto 2. Bañez q. 25. a. 9. dub. 3. Lorcam disput. 25. n. 28. & Nauar. c. 4. n. 25.

Idem videtur dicendum quando publicæ eorum essent inimicitie, quia tunc posset facile

ss 3

parere

89
Qualis inimici dilectio sit præcepta.

D. Thomas.
Richard.
Valentia.
Lorca.
Ioh. Bened.
August.

Matth. 5.

Ioh. 3.

91
An teneamur occurrentes nobis inimicos salutare.

Valentia.
Bañez.
Lorca.
Nauar.

92

parere scandalum, cum omisso salutationis videretur esse signum odij, maxime in locis ubi noti sibi occurrentes solent se mutuo salutare. Et si enim in eiusmodi locis aut circumstantijs occurrentes non salutare vel non resalutare, in alijs tantum esset signum rusticitatis contra urbanitatem, ideoque leue peccatum; tamen in inimicis, quorum inimicitia ita nota sunt, esset signum odij, & contra caritatem: atque ita facile posset esse graue peccatum, ob grauem aliorum offensionem.

Dixi, nos absolute non teneri, &c. quia, etsi omittere eiusmodi signa beneuolentiae non sit omnino contra caritatem; est tamen praeter officium hominis Christiani, eique aliquo modo repugnat, cuius est non tantum alios non ledere, sed etiam fouere caritatem; imò per talem omissionem communiter, etsi non grauius, tamen aliquo modo laeditur caritas; unde etsi ob multorum fragilitatem, & grauem difficultatem, quam hac in re experiuntur, saepe non expediat confessarium suis poenitentibus absolute praecipere, ut extra casus iam dictos suis inimicis eiusmodi signa beneuolentiae exhibeant; tamen ad ea exhibenda valde sunt hortandi: tum quia hoc Christianum valde decet, tum etiam quia ea est optima ratio auerios animos perfecte reconciliandi.

93 Sequitur Secundò, nos multis casibus tene-
re exhibere particularia signa amicitiae ipsi-
bus tene-
mur inimi-
cis singula-
ria amoris
signa offen-
dere.
Iohann. Be-
ned.
Astexanus.
Bonauent.
Rosa aurea.
Rosella.
Quibus casibus tene-
mur inimi-
cis singula-
ria amoris
signa offen-
dere.
Iohann. Be-
ned.
Astexanus.
Bonauent.
Rosa aurea.
Rosella.
Nota tamen Primò, Superiores aliquando
ad hoc non obligari, quando scilicet ostensio
illa perseverantis offensi animi indicatur neces-
saria, ut subditus petens veniam magis appre-
hendat grauitatem culpae, eamque postea fu-
giat. Ita David diu noluit Absalonem admit-
tere in conspectum suum. Cauendum tamen
Superiori ne id videatur facere ex odio; quare
dum hoc facit, simul debet ostendere se id a-
gere magis ex amore ipsius subditi, ut eum per-
fectè corrigat, quam ex aliqua ab eo auersione.
Item cauendum ne subditus nimis exasperetur.
Ratio autem diuersitatis hac in re inter
Superiores & alios est, quòd Superioris sit non
tantum fraternè peccantem admonere, & ita
ad poenitentiam inducere, quòd ad quemuis
proximum pertinet; sed etiam eius peccatum
punire; quare in Superiore ostensio illa offensi
adhuc animi potest esse signum non tam odij
ergo subditum quam amoris iustitiae; secus est
in alijs.

94 Qua ratione
Superior of-
fensus de-
beat se gere-
re erga pe-
nitentem ve-
niam.
Nota tamen Primò, Superiores aliquando
ad hoc non obligari, quando scilicet ostensio
illa perseverantis offensi animi indicatur neces-
saria, ut subditus petens veniam magis appre-
hendat grauitatem culpae, eamque postea fu-
giat. Ita David diu noluit Absalonem admit-
tere in conspectum suum. Cauendum tamen
Superiori ne id videatur facere ex odio; quare
dum hoc facit, simul debet ostendere se id a-
gere magis ex amore ipsius subditi, ut eum per-
fectè corrigat, quam ex aliqua ab eo auersione.
Item cauendum ne subditus nimis exasperetur.
Ratio autem diuersitatis hac in re inter
Superiores & alios est, quòd Superioris sit non
tantum fraternè peccantem admonere, & ita
ad poenitentiam inducere, quòd ad quemuis
proximum pertinet; sed etiam eius peccatum
punire; quare in Superiore ostensio illa offensi
adhuc animi potest esse signum non tam odij
ergo subditum quam amoris iustitiae; secus est
in alijs.

95 Non semper
teneatur re-
mittere sa-
tisfactionem
aut debitam
poenam.
Nota Secundò, etsi teneamur remittere of-
fensionem; nos tamen non teneri remittere repa-
rationem damni, satisfactionem pro iniurijs,
vel debitam poenam; sed posse hac per pote-
statem legitimam exigere, modò id non fiat ex

cupiditate vindictae. Imò quandoque non
possumus hac omnia remittere; nam iudex
non potest semper remittere debitam reo po-
nam; nec pater familias pecuniam sibi debitam
necessariam ad familiae sustentationem; nec
quisquam restitutionem suae famae, quando ea
remissa in alterius damnum cederet. Ita lo-
han. Benedicti, Astexanus & Pelbartus supra &
Richardus q. 2. in corpore.

Cauendum tamen ne in exigenda satisfa-
ctione sumus nimis rigidi, praesertim quando
non agitur de damno reparando, sed tantum
de satisfactione pro aliqua iniuria, quae sine a-
lio damno facta est; in qua re ferè habet locum
illud vulgatum, *Summum ius, summa iniuria*.
quare cum in omni satisfactione quae est in
nostra potestate, tum maxime in hac valde
Christianum est & Deo gratum nos omnem sa-
tisfactionem remittere: unde Matth. 18. seruus Math. 18.
rigidius & durius quam caritas postulat exi-
gens solutionem à conseruo, meritis est vt do-
minus donationem debiti remocaret. Vbi li-
cèt Scriptura videatur loqui de debito pecu-
niae, & possit etiam de illo intelligi; quan-
do proximus extra grauem creditoris neces-
sitatem cum magno suo detrimento cogitur
subito soluere; tamen hic locus praecipue agit
de remissione iniuriarum, & consequenter de re-
missione satisfactionis debitae; prout caritas &
ratio postulant.

Secundus casus quo teneor inimico offen-
dere signa beneuolentiae est, quando paruo
meo incommodo possum notabile ipsius ma-
lum animae, corporis vel fortunarum auerte-
re. Ita iubemur Exodi 23. leuare alium ini-
mici iacentem sub onere, & Prouerb. 25. esurienti
tem inimicum cibare. unde patet contra Sco-
tum in 3. d. 3. a. 2. paulò ante §. *Ad primum*. hac in
Scriptura praecepta esse.

96 Tertius casus est, quando per illa signa mul-
tum promouendum est bonum spirituale pro-
ximi, vt si eum comiter compellendo, vel ad
amicitiam mensamue inuicando crederem me
posse eum abstrahere à grauibz peccatis, v. c.
ab odio in me perpetuo, pessimorum homi-
num consortio, infidelitate, &c. in quibus fortè
alias tota vita maneret. Ratio est, quia Deus
vnicuique mandauit de proximo suo; & si te-
nemur cum possumus promouere bonum pro-
ximi temporale, multò magis tenemur promo-
uere spirituale.

Quartus casus est, quando omisso horum
signorum pareret scandalum, vt si ob circum-
stantias putaretur esse signum odij: de quo su-
pra satis dixi.

97 Petes, quando duo offenderunt se mutuo,
vter teneatur primò petere veniam? Respon-
deo, ceteris paribus ad hoc teneri eum qui primò
offendit: aliàs eum, qui notabiliter grauiorem
iniuriam intulit. Ita Iohannes Benedicti supra,
Naui. c. 14. n. 25.

Petes Secundò, vtrum is, qui intulit iniu-
riam, non possit absolui si paratus non sit pe-
tere veniam, aut vt ratio postulat satisfacere?
Respondeo, non posse si iniuriam passus id
omnino exigit. Ita Siluester verb. *Iniuria*. qu. 5. Siluest.
Ratio

Ratio est, quia qui læsit omnino ad hoc tenetur, nec alter tenetur satisfactionem remittere; censetur tamen eam remittere si cum facile possit, eam non exigat, & amice compellatur similiter familiariter compellat. aut simili ratione ita se gerat, ut videatur satisfactionem aut omnino remittere, aut parum curare. Quare in his circumstantiis penitens non est cogendus ut alteri satisfactionem offerat. vide Siluest. supra, quæst. 8.

101 Nota Tertiò, quando satisfactio esset valde difficilis, ut si læsus exigeret ut alter publicè in iudicio aut alio aliquo modo infami veniam peteret, lædentem ad hoc non teneri, nisi sententia iudicis cogatur: nimis enim durum est spondere similia subire.

102 Petes Tertiò, vtrum læsus possit petere à iudice ut lædens pœna legibus statuta puniatur, & si hoc non sit necessarium, aut etiam nullo modo utile ut reparetur damnum, quod ipse passus est. v. c. occidit aliquis Petri filium; damnum est irreparabile, & occisor dolet se fecisse & veniam petit. quæritur an Petrus nihilominus in conscientia possit eum accusare & petere à iudice ut fiat iustitia?

Quidam sentiant me tunc non posse talem accusare, aut petere ut iudex eum puniat. Primò, quia videtur contra caritatem alteri tanto malo afficere sine vlla necessitate, quæ hinc non videtur occurrere. Secundò, quia petitio punitionis videtur tunc continere desiderium vindictæ, quod homini illicitum est. Tertiò, quia Christus Matth. 18. iubet ut peccantem fratrem primò secretò moneamus, & tunc solum deferamus eum ad Ecclesiam, quando non vult nos audire: ergo quando vult se aliter emendare, illicitè accusatur. Citatur pro hac sententia Siluest. v. Carit. q. 6. sed ibi solum dicit nos non teneri remittere actionem iniuriarum, quando is qui læsit non est paratus satisfacere. an autem tenemur eam remittere parato quantum potest satisfacere, ibi non dicit. Faut tamen hinc opinionem v. Accusatio, q. 3. vbi docet non licere procedere ad accusationem, nisi is qui peccavit prius admonitus nolit se emendare. In eandem sententiam valde inclinatur Petr. Nauarra l. 2. de Restit. c. 4. n. 256.

103 Alij volunt tali absolute licere petere à iudice punitionem rei, non quidem ex cupiditate vindictæ, sed ex amore iustitiæ. Quia sicut respublica habet ius ut peccata puniantur, ideoque iudices ad hoc constituit & obligat: sic quilibet quatenus est pars reip. id licet etiam exigat, quia videtur ad reipublicæ bonum pertinere ut delicta puniantur, ut hac ratione alij ab ijs committendis deterreantur. Et hanc sententiam dicit communior Lorca 2. 2. sect. 3. disp. 25. n. 33. & eidem fauent Nauarra c. 18. n. 30. citans Adrian. & Soto de detegendo secreto, mēbro 2. q. 5. concl. 4. & q. 3. concl. 4. qui dicunt nos licet ex amore iustitiæ, aut ob similem finem honestum accusare peccantem, non præmissa secretæ monitione, siue non curando an aliter possit emendari.

104 Lorca verò supra fatetur in rigore talem accusationem & petitionem punitionis esse licitam, nec absolute condemnandum eum, qui eam exigit: addit tamen id esse periculosum; quia raro fit sine odio & cupiditate vindictæ, raroque alicui ex puro amore iustitiæ id faciunt. citatque pro ea etiam Cordubam.

Et hanc sententiam puto communiter esse veram, ideoque communiter legis valde suadendum ne eos à quibus læsi sunt, accusent, quando id ad reparationem damni accepti non est necessarium. Ei tamen qui nollet huic consilio acquiescere, sed omnino veller punitionem criminis à iudice legiimè exigere, modò protestaretur se id non facere cupiditate vindictæ, nullo modo neganda est absolutio: quia absolute id potest licet facere.

Imò quando agitur de homicidijs simili butque criminibus reip. valde nociuis (nisi circumstantia in particulari casu aliud suadeant) præsertim in locis vbi sæpe eiusmodi crimina committuntur: non putarem læsum virgendum ut accusationem remittat, sed solum ne ex cupiditate vindictæ eam assumat. Quia valde nociuum est reip. eiusmodi crimina manere impunita; nam hac ratione cum magno reip. damno & animarum perniciæ (quia subita occisio ferè fit cum certo periculo æternæ damnationis ipsius occisi, præsertim in pugna) homines audacius spe impunitatis talia committunt. nisi autem pars punitionem à iudice exigat, aut si eam ex parte sua remittat, rei facit impunitatem obvenire. Et credo Auctores supra citatos huic sententiæ sic explicatæ consensuros: quia ferè omnes docent licitam esse eiusmodi exactionem punitionis quando ea reip. valde expedit. quod ostendi in dicto casu fieri.

D V B I V M VII.

Vtrum in veteri lege licuerit odisse inimicos?

106 Vbi hoc præcipue proponitur ut intelligamus illum locum Matth. 5. Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. hic enim locus videtur aperte pugnare cum dictis dub. 5. vbi ostendit, lege veteri & naturæ præcepta esse dilectionem inimici; cum tamen hæc dicatur in lege veteri fuisse dictum, ut Iudæi haberent inimicos suos odio. Difficultas itaque est Primò, vtrum illa verba, Et odio habebis inimicum tuum: verè fuerint in lege dicta Iudæis; an verò ab ijs sint peruersè legi addita, aut imperitè ex ea deducta. Secundò, posito quòd explicite aut implicite habeantur in lege, quomodo sint intelligenda.

107 Scotus igitur in 3. d. 30. q. vnica, §. Ad primum. Lyranus in dictum locum Matthæi. Iansen. in sua Concordia c. 40. Lorca 2. 2. sect. 3. disp. 25. nu. 13. & quidam alij volunt illa verba, Et odio habebis inimicum tuum. nullam rationem in veteri testamento contineri; sed esse falsam glossam Scribarum, qui ex eo quòd Leuit. 19. iubemur diligere amicum, à contrario sensu inferebāt inimicos odio habendos. quod etiam tamquam probabile defendunt Malderus 2. 2. q. 25. ar. 9. & Bañez ibid. dub. 1. ad 2. Pro eadem sententia Lorca sup. citat Rupertum l. 4. in Matth. sed ibi hæc de re nihil dicit.